

tercipere à uespertinis precationibus ad cœnā dātū erat.
 Cum autem is qui literas attulit, matutino discessurus sit,
 & lucubrare à cœna non solitus sim, nunc Germani Bri-
 xi literis non respondebo, uiri cum primis utraq̄ lingua
 docti & elegantis. Et est id argumentum literarum, quod
 totum hominem, priuatamq̄ sibi commētat iunculam po-
 scat. Nec enim ut in tuis & fratribus, sic in eius literis ludis
 cra res agitur: ut qui commonefaciendum me duxerit rei
 ita ad me pertinentis, nihil ut præuertendum ei meditatio-
 ni, actioniç habeā, si de me, animoç meo mereri optime
 commodissimeç uelim. Quocirca gratissimam mihi rem
 feceris, si ita cum eo egeris, ut intelligat quamobrem lite-
 ris eius non rescripserim: interimq̄ salutem illi hoc episto-
 lio dices, si ita occursus uester tulerit. Vale. E Marliano
 nostro. Calendis Aprilis, & Palmaribus.

GVLIELMVS BVDAEVS N. P. SAL.

MUltum te amo de ingenio nouo, quod tibi
 iam induisse te video. Macte ista eleganti,
 urbanaç comitate esto, ista obseruantia ho-
 minum qui omnia proborum causa, uirtu-
 tisç cupiunt. Dabo te mihi certe propediē
 in eam disciplinam, si urbem repetiuero, ut
 saltem rudimenta huius artificij discam. Nunquam te su-
 spicatus sum mente quoque tam uersatili fore: nam inge-
 nium iandiu percognitum habebam, quatenus quidē cer-
 te innotescere homo homini potest. Enim uero gratulor ti-
 bi recentem uillæ amplæ accessionem, cuius nomine atq̄
 om̄ine festiuo oblectatum te esse oportet, augurioç ani-
 mi certo, ampioç exhilaratum. Nunc intelligo quantum
 hunc meum fundū contemnas & nihil facias, præ illa tua
 uilla lauta sanè & magnifica. Puto etiam opimam illam
 tuam

tuam tibi iam sordere suburbanam , quam anno superiore
instruere cœpisti . Hic uero te tui officij cōmonefieri à me
non alienum puto rationibus meis . Scis me in ista amplio
re iuris nonnihil aliquando uendicasse, ius etiam posseſſo-
ris nō pridem usurpasse, nec controuersum:quam causam
cum ad te detulerim ut consultum & amicū, uide per ami-
citudinem nostram, perç ipsum numen amicitiae præses (Eliop
Græci uocant) ne me de ea possessione deſcias, cui hoc an-
no incumberet nec corpore, nec animo potui . Nihil de iu-
re tuo moueo, iniuriam tātum deprecor, quod sine captio-
ne mea fiat, hac uilla, hac luculenta rationum tuarū accessi-
one auctus sis . Mihi si angulū in latifundo inuideas , cau-
sam haud dicere poteris disceptantibus communibus ami-
cis, quin tu amicitiae iura & necessitudinis præ tuis cōmo-
dis pro nihilo duxisse, ac calcasse uideare . Tu hac de re sta-
tues, existimationiç tuæ simul & indemnitati meæ consu-
les . Quanquam si contra animi tui naturam proterius esse
affirmaris (quod diuī omen auertat) ita mei officij, ætatisç
in hac amicitia contritæ rationem habere mihi imperabo,
ut nec tibi amicitiam renunciem, nec ex iure manu conser-
tum te uocem , aut tibi iudicem ex amicorum albo feram .
Nec uero ideo hæc testificari mihi in mentem uenit, quod
uel me parum iure subnixum putem, uel nō tuam esse tan-
tam æquitatem, tamç mihi spectatam & probatam confi-
dam: ut non meum seruare potius à te iudicante te, quām
alio quouis amico communī possim . Sed quemadmodū
constantiae meæ esse duxi, communem inter te & me con-
trouersiam arbitrio tuo permittere , sic æquitatis tuæ erit
non summouere me ab actione causæ meæ: quando ita fer-
re uidetur huius iudicij & controuersiæ ratio , ut hominē
alium ad eius cognitionem admittere debeamus neminē.
Ne illud quidem dare mihi grauabere certo scio, ut ad hu-
ius causæ disceptionem probitatem tuam, amicitiamç

adhibeas altrinsecus assessoras cupiditati. Etenim cū pro-
bitatis integritas Zygostatica fide moderabitur examen
iuris inter nos controuersi: tū uero amicitia, cuius munus
est inter amicos omnia facere communia, quæ quidem le-
ge nō excepta sint, lancem (ut spero) meam quoquo modo
propendere ita faciet: ne uillæ late patentis possessionem
uni tibi addictam cum ramentis (ut dicitur) auferas, ab ho-
mīne illam tibi amicissimo abiudicatā. Id quod si factum
erit, iudicem alium non appellabo (Ad quod enim possem
iudicium sanctius te prouocare) Diuum tamē superumq;
fidem implorabo, mihi ut patientiam deesse non sinant, &
æquanimitatem. Tibi autem etiam etiamq; in hac lite ui-
dendum est, ne plus rei tuæ amplificandæ, quām tuendæ
existimationis studiosus fuisse uideare. In hac enim demū
causa statuetur utrum tu istam integræ personæ opinionē
fallaci rumore collegeris, potius quām ratis, certisq; docu-
mentis. Quid autem si certare tecum in animum induxis-
sem interdicto retinendæ possessionis: quid tandem ueta-
ret quo minus uel absens tanta intercedētē temporis
possessionem animo retinuisse me contendere: Præser-
tim cum propinquum hominem habeam tibi iam factum
familiarem, in loco assiduum, negotiorum meorum gesto-
rem, ut confido. Sed iam plus aquæ fluxisse mihi sentio,
quām causæ mediocritati infusum esse uidear. Venio ad
illum epistolæ tuæ locum. Tamen ut uerum fatear, nescio
quis mihi scrupulus subortus est. O hominem te semper
in uado sollicitum: in re certa trepidum, in rebus lœtis ob-
nunciatorē. Apage hinc istum odiosum scrupulum, ne ra-
tum (ut ita dicam) auspiciū omīne incommodo dirimas.
Lætitiam ex literis tuis conceptam excepit nuncius tristis
ab urbe, qui mihi mœrorem propè peperit, certe angorem
reliquit, expectationemq; sollicitam. Certior enim factus
sum de cogitatione gravissima unius & alterius ac pluri-

propinquorū meorū: ob quem nuncium statim istic aduo
lassem, nisi me nuncius incommode oppressisset. Fac me
certiorem an literas meas reddendas Deloino curaueris.
E Marliano.

**GVLIELMVS BVDAEV S LVDOVI
CO RVZAEQ S. P. D.**

 Ia tu qui ad me hominem tibi amicissimum
rerum tuarum cupidum, pro epistola gran-
di grandiorē pīscem misisti: siue eum Lum-
bricū seu Murenam uocitas, mei certe nec
palati, nec rustici foci pīscem. Atqui ut scias
quām mihi gratam rem, iocūdām̄q; hodie
in animum induxeris, nihil proprius factum est, quām ut
ego iudicarem literis te meis irritatum, hoc mihi negociū
exhibere uoluisse, non munere delectare, & mihi cōmoda
re. Principio non nescius eras, quām frugaliū mensarū assē
cla libētior esse soleā, quām earū quæ luxu insigne sunt,
aut uarijs generibus extructiores. Deinde cum sim capite
tantū causarius, me ita esse cōstituta cibī appetētia, ut nec
liquaminibus cupide utar gulā irritantibus, nec cibis deli-
catioribus, & quæ ē foro cupedinis petant. Deniq; culina-
rias nugas, ganeq; opificia, palati titillamēta, nec mihi alio-
qui esse cordi, nec facere ad stomachum, ignorare non po-
tes: qui laute me sāpe & splendide inuitum acceperis, gra-
uareq; apud te eam ob rem cōstituentem, quod à bubula,
ueruecinaq;, & ciuilibus (ut ita dicam) epulis ad ferinā &
cupedias cōtra genij mei arbitratū me traduceres. Quare
causa haud fuit ulla satis idonea quā obrē tu ad me q; si hel-
luonē, aut liguritorē, delicatū pīscē, magnoq; parabile ē lō-
ginquo mitteres, ut elegātius pranderē, q; uiro bona fide
studioso cōmodū sit & decorū. Quāquā id ipm tantū mu-
nus in alios etiā pisces incurrit, q; nudius quartus istinc ad